



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Apologia Libri De Reditibus Ecclesiasticis**


**Azpilcueta, Martín de**

**Antverpiæ, 1574**

Ad Pivm Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40048**

## AD PIVM LECTOREM.

 **A**VSAS ob quas, Christiane lector, hanc Apologiam composuerim, ex epistola eius nūcupatoria facillè colligas. Cauſa verò, ob quam in ea componenda non ſeruauĩ ordinem, quo meũ libellũ N. aduerſarius impugnavit, eſt; quòd mea ſentẽtia, ſalua ſaniore, ipſe ſine congrua methòdo & ordine illum impugnavit. Ideòq; conſultius duxi, eius ſerie omiſſa, ſequi eam quã in libello meo ſeruauĩ. Quòd tamen citra tædium, & magnã confuſionẽ nequeo facere, niſi vel ſummatim admoneã ea, quæ in ipſo ſcripſeram. Quare, ita illa repectam (admonẽdo omnia, quæ præfatũs N. opponit, & quæ ipſe reſpõdeo) vt qui hanc Apologiã habuerit, dilucidè, & ſine vlla confuſione ibi dicta, & hic addita intelligat, vnã cum omnibus, quæ libellus aduerſarius ad vtriuſque argumentum pertinentia cõtinet. Quã breuiter autem & modèſtè potero illi reſpõdebo, defendẽdo mea vera, eiũſq; falſa confutando: Salua, qua in eũ ſum, ſempèrque curabo eſſe, obſeruantia & pace, ſaluãque in primis Sũmi Pontificis, ac deinde cuiuſque alterius rectiũs ſentientis cenſura; in gloriã D. N. IESV CHRISTI; cuius de patrimonio in fauorem pauperum diſputamus; optantes ei perplacere. Qui vtinã gloriõſiſſima illa eius matre Virgine mediatrice, dignetur nos ſua luce illuſtrare: ſimul omnibus annuere, vt eius gratia ſemper ei grati viuamus, & moriamur, eiũdem gloria potituri æternũ, Amen.

A nimia verò & inutili allegatione textuum, gloſſarum, dictorũque authorum agglomeratione abſtinebo. tum, quia id remoratur & faſtidit lectorem, cruditoribũſque nauſeam parit. tum, ne liber vltra modum

manet in ei

TAMBRV  
in  
Steccl. p.  
XIVAR  
de  
redibus & rei  
E II  
30:6

dum Apologia excrefcatur: & dum vrcus instituitur, rota currente, amphora exeat. Tum, quod Iurifconfulti recentiores hoc nomine malè apud eruditiffimos grauiiffimofque viros, præfertim Romanos, audimus. Tū, quod longè fatius duco, fempérque duxi, paucis, eifdemq; firmis illuftribus & antiquis, remotis infirmis, vulgaribus, & obfcuris fundare afferenda; quàm multis magna ex parte parùm firmis & alienis, vel ad gloriã potiùs quàm perfuafionem conflatis. Tum, quod olim dedecori erat in confeflu Senatuum (quos Galli Parlamenta vocant) tacito textu, fi fuppeteret, citare glossam, & doctorem, tacita glossa; & recentiores ac obfcuriores, dum fuppeterent antiquiores & illuftriores. Tum denique, quod aliquando nocet allegare infirma, & obfcuros auctores ad confirmandum id, quod probaueris textu expreflo, vel efficaciter inducto; aut ratione irrefragabili: dum videri poteft lectori, non fatis confidere illis præmiſſis; confideranti, te ad infirma confugere. Quamobrè enitar quoad eius fieri poterit (præter morem eorum, qui numero magis quàm ſententiarum ponderi deferunt) confirmare quæ dixerò, textibus, glossis, clafficis & receptoribus (quorum copia ferè vbique eſt, & auctoritas illuftrior) auctõribus, ad recentiorum accumulationes, cum argumenta vtriuſque partis æquè vel quaſi vrgentia videbuntur, & aliàs cum res poſtulauerit, debita cum obſeruantia recurrendo: præfertim cum ab eis primùm & ſpeciatiim res ipſa rectè tangitur.

AD